

Arnold Böödeker Benedikt Lüthke

Disputatio Iuridica De Publicorum Iudicorum Speciebus

Rostochii: Ferber, 1618

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730634957>

Druck Freier  Zugang



Arnold Böddecke (D. Luethke) ^{Geert,} 16

R. U. in 1618.

SPUTATIO JURIDICA ^{42.} ²⁷

De
PUBLICORUM
IUDICIORUM SPECI-
CIEBUS,

Quam

DUCE ET AVSPICE CHRISTO,
usu & suffragio amplissimi collegij Juridici,
In Alma Rosarum Academia,

SUB PRÆSIDIO
CHARISSIMI ET CONSULTISSIMI VIRI
ARNOLDI Bøddiker / J. U. D.

venilandam exhibet

MENEDICTUS Luechfen/Crempa-Holsatus,

Ad diem 25. Julij.

Ut admoneri bonus gaudet ; sic pessimus
quisque correctorem asperrimè patitur. Eb.
à Weyh. de Reg. el. & succ.

ROSTOCHII,

Excudebat Augustinus Ferberus.

Anno M. DC. XIX.

1618

77

DISPUTATIO JURIDICA ^{42.}

De
PUBLICORUM
JUDICIORUM SPECIEBUS,

Quam

DUCE ET AVSPICE CHRISTO,

Assensu & suffragio amplissimi collegij Juridici,
In Alma Rosarum Academia,

SUB PRÆSIDIO

CLARISSIMI ET CONSULTISSIMI VIRI

DN. ARNOLDI Bøddeker / J. U. D.

venilandam exhibet

BENEDICTUS Luechfen/Crempa-Holsatus,

Ad diem 25. Julij.

Ut admoneri bonus gaudet ; sic pessimus
quisque correctorem asperimè patitur. Eb.
à Weyh. de Reg. el. & succ.

ROSTOCHII,

Excudebat Augustinus Ferberus.

Anno M. DC. XIX.

1618

77



Magnifico, Strenuo ac Nobilissimo Viro

DN. BALTHASARI
AB ALEFELDT, Serenifs.
& potentifs. Regis Daniæ CHRISTIA-
NI IV. in Ducatibus Schleswigæ, Holsat.
Stormar. & Dithmarsizæ Consiliario, & Arcis Ren-
desburgensis Præfecto, Dn. Hæreditario in Heiligen-
steden / Colmar / Drage / Campen / etc. Domino ac Patro-
no suo maximo.

U T E T

Spectatissimo atq; Doctissimo Viro

DN. ANGELO LUETH
KEN, Eidem Regi Daniæ per Crem-
penssem Marschiam à literis, parenti suo cha-
rissimo,

*Legale hoc exercitium submissè & ob-
servanter offert & dedica*



R.

THESIS I.

Publica judicia propriè sunt, quæ ex legibus judiciorum publicorum descendunt, ut L. Julia, Cornelia, Pompeia, & L. Fabia, &c. l. 1. ff. de publicis judicijs l. 3. in fine ff. d. prævaricat. Impropriè, quorû executio & persecutio cuilibet ex populo regulariter & plerûq; (sunt enim publica quædam crimina, quorum accusatio non cuilibet, sed certis tantum personis, cognatis sc. competit, ut apparet ex l. 30. C. ad L. Jul. d. adult. & l. 30. §. 1. ff. ad L. Cornel. de fal. deinde etiam personæ quædam sunt, quibus accusandi jus non competit, quas receasit Jctus Macer in l. 8. ff. & 9. de accusat.) datur l. 30. C. ad L. Jul. de adult. §. 1. Inst. de pub. judic. Et hac posteriori significatione popularia etiam publica sunt l. 30. §. 3. ff. de Jurejurand. Cujac. s. ob. 33. priori verò à publicis popularia judicia distinguuntur Wesenbec. in princip. Inst. de publ. judic. Duaren. 1. disput. 37.

2. Publicorum judiciorum quædam capitalia sunt, quædam non capitalia §. 2. Inst. de pub. jud. l. 2. ff. d. t. Capitalia sunt, quæ ultimo supplicio afficiunt homines, vel etiam aquæ & ignis interdictione, vel deportatione quæ in ejus locum successit, vel metallo. Cætera si quam infamiam irrogant, ut omnia publica l. 7. ff. h. t. cum damno pecuniario, vel corporali aliqua coercitione l. 2. ff. d. t. publica quidem esse possunt ex certâ aliqua lege d. l. 1. ff. h. t. non tamen capitalia §. 2. Inst. d. t. l. 2. ff. eodem.

3. Lex Julia coercet crimen Majestatis, Adulterium, vim publicam & privatam, Peculatum, Ambitum, crimen Repetundarum, fraudatæ annonæ, & Residuorum. d. l. 1. de pub. judic. & §. final Inst. eodem. Lex Cornelia vindicat homicidium, veneficium, incendium, & crimen falsi d. l. 1. & §. 5. & 7. Inst. eodem Lex Pompeia parricidium punit d. l. 1. & §. 6. Inst. d. t. Lex Fabia plagium tot. tit. ff. d. l. Fabia de plagiarjs. de quibus criminibus in præsentî hac disputatione ordine agemus.

4. Crimen majestatis vel in Deum religionemq; divinam committitur, & Sacrilegium appellatur; ut est blasphemia, Hæresis, schisma, Apostasia, & sortilegium, aliaq; divinandi curiositas l. 4. §. fin. l. 6. §. 1. l. 8. & §. final. C. de hæreticis l. 1. 2. 4. C. de Apostatis. l. 1. ff. ad L. Jul. Majest. c. si quis Episcopus 26. q. 5. de quibus, cum eorum tractatio non sit hujus loci, videatur Damhoud. in praxi rer. crim. c. 61. per tot. Bocerus clas. 4. disp. 10. p. tot.

5. Vel adversus populum Romanum vel securitatem ejus perpetratur *l. 1. §. 1. ff. ad L. Ful. Majest.* vel ut Justin. in § 3 *Inst. de pub. judic.* inquit, crimen Majestatis est, quando quis contra Imperatorem vel Rempub. aliquid molitur. Jctus Ulpianus in *d. §. 1. populi Romani*, Justinianus Imperatoris mentionē facit, quod omne imperiū & jus populi Romani Lege Regia in Imperatorem, quo nihil in terris habetur majus & sanctius *l. final. C. de ll. translatum sit §. 6. Inst. de F. N. G. & C. l. 1. ff. de constitut. princip.*

6. Propriè itaq; adversus Imperatorem Imperijq; statum crimen Majestatis committitur *Paul. lib. 5. sentent. 29. Sixtin. in tr. de Regalib. c. 22. n. 1. & quidem à solis subditis c. pastoralu 2. v. rursus in clement. de senten. & re judicat. Gomerz 3. variar. resolut. c. 2. n. 10. Vult. 1. F. R. 47. n. 1. latè Bocerus in tractat. de crimine læsæ Majestatis c. 1. n. 15.*

7. Idem tamen ad Reges, Principes & Civitates superiorem non recognoscentes trahendum. Clarus *l. 5. sent. §. læsæ majestatis n. 3.* aliq; ibi relati docent. Superiorem enim recognoscentium majestas propriè nulla est, adeoq; nec lædi potest. *Wesemb. n. ff. ad L. Ful. Majest. n. 4. Treut. vol. 2. disp. 32. th. 1. lit. b.*

8. Neq; verò hoc crimen adversus Imperatorem tantum, sed & Consiliarios sive Senatores ejus committitur *l. Quisquis §. C. ad L. Ful. Majest.* nec refert privato illud odio an verò Imperatoris sit perpetratum, per text. *general. in d. l. quisquis C. ad L. Ful. Majest. prout latè probat. Bocerus d. tract. c. 2 n. 29. & seq. & clas. 3. disp. 11. th. 19. eumq; sequutus Hart. ad. d. §. 3. Inst. de publ. jud. num. 15.*

9. Hinc manifestum evadit illos quoq; in hoc crimen incidere, qui nefarij quicquam contra Electores Imperij Ecclesiasticos vel seculares machinantur, (eadem enim severitate voluntatem sceleris quam effectum puniri jura hîc voluerunt *d. l. 5.*) tum quia membra sive partes corporis Imperatoris sunt *arg. d. l. 5. C. d. 1.* tum quia id ab Imperat. Carolo IV. in aurea bulla expressè sancitum est *tit. 24.*

10. Crimen verò hoc non nudis verbis, sed factio committitur. *Duar. c. 2. ad L. Ful. Maj. & Dd. commun. in l. unica C. si qui Imp. maledixerit;* & pro sui atrocitate modo Perduellio appellatur; modo generis nomen retinet, & Majestatis crimen vocatur *l. fin. ff. ad L. lul. Maj. l. 31. §. fin. ff. de donat.* Illius rei sunt qui stant à partibus hostium, qui seditionem in Rempub. concitant, eam hostibus produnt, aut aliud quidvis

quidvis ad universum Imperij statum labefactandum atq; ever-
tendum hostili animo molivatur *l. 1. l. penult. & l. fin. ff. ad L. Jul. ma-
jest.* Perduellio tenim propriè crimen est, quod in statum ipsium
committitur. *Vult. 1. f. R. 47.* Hujus vero, qui in principis perso-
nam potius, quam ipsum Imperij statum impingunt, ut qui pri-
vatos carceres habent *l. 1. C. de privat. carcerib. & Qui statuas aut ima-
gines Imperatoris jam consecratas constant, aliudve quid simile
admittunt l. 6. ff. ad L. Iul. majest. & c. vid. Clarum d. S. Harprech. in
tit. de pub. Judic. ad d. S. num. 11.*

11. Utriusq; pœna præter confiscationem honorum *l. 11.
ff. d. t. l. 5. 6. 7. 8. C. eodem hodie* (olim enim hac lege damnatis aqua
& igni in perpetuum interdicebatur teste *Cic. Philipp. 1 & Paul. 5. sen-
rent. 29.*) est ultimum supplicium *d. § 3. Inst. l. 5. C. eodem.* quod pro
circumstantijs & delicti qualitate varie infligitur, interdum gla-
dio *d. l. 5. igni, frequentius vivi dissectione in 4. partes eminenti-
oribus locis suspendendas latè Danhoud. in d. tract. c. 62. num. 6.
& seqq. M. D. D. art. 124.* damnata insuper rei post mortem memo-
riâ. Quinimo & filij propter delictum paternum infamiâ no-
tantur, omniq; successione & testamenti factione penitus pri-
vantur, ut miseri vivant, & egeni infames, & intestabiles *§ 5. Inst.
de hered. que ab intestat. d. l. 5.* Quod quidem licet crudele videri pos-
sit, non tamen hoc sine ratione constitutum esse testatur, *Cu. in Ep.
ad Brutum,* ubi antiquum esse inquit, & omnium civitatum com-
mane ut charitas liberorum amiciores Reip. redderet
Cujac. in w. C. ad L. Jul. Majest. eleganter Damhoud d. c. 66. n. 8.

12. Neq; tantum criminis hujus reos, sed & conscios nec
illud deferentes, (quod cuilibet etiam aliàs accusare prohibito
concessum est *l. 7. ff. ad L. Jul. Majest.*) aut revelantes (modò con-
spirationem talem commodè probare potuissent, siquidem ne-
mo tenetur revelare crimen, quod probare non potest *arg. l. 8. c. de
calumniat.*) pœna L. Julia ordinariâ afficiendos esse post *Gometz 3.
variâ. resolut. c. 2. n. 8. ibiq; relatos statuit novissimè Bocerus d. tract. de cri-
mine læsæ Majestatis cap. 2. num. 36. & seqq.*

13. Sequitur jam adulterium, quod L. Julia quoq; coerce-
tur; estq; alieni thori violatio *c. non machaberis 32. q. 5.* vel coitus
cum aliena uxore factus *l. 6. §. 1. & l. 34. §. 1. ff. ad L. Jul. de adult.
l. 101. ff. de V. S.* ita dictum quod sit accessus, & quasi transitus ad

A ;

alterius

alterius thorum autore Azonē in sum ad L. Jul. C. de Adult. num. 2.
Wesemb. in §. 4. Inst. de pub. Judic.

14. Et quidem committitur vel à marito, vel ab uxore; ab hac indistinctè, siue rem cum soluto siue conjugato habeat; ab illo verò propriè non aliter, quam si cum nupta se commisceat; non enim adulterij, sed stupri species est, quando maritus cum soluta rem habet l. 6. ff. ad L. Jul. de adult. l. 34. §. final. ff. d. t. l. 101. in princip. ubi Godd. de v. s. & ideo non adulterij sed stupri pœna locum habet Vult. ad d. §. 4. Inst. de pub. judic. n. 5. secus verò est de Jure Canonico, quod maritum etiam cum soluta muliere rem habentem adulterij reum facit c. nemo 32. q. 4. c. non machaberis c. præcepit cum seqq. 32. q. 5. c. si ducturi 2. & seqq. 32. q. 6. Et hanc Canonistarū sententiam ferè omnes Theologi teste God. ad d. l. 101. ff. de v. s. amplectuntur.

15. Quod de conjugate aliena diximus, idem quoq; de sponsa aliena, l. si uxor 13. §. Divi ff. ad L. Jul. de Adult. & l. 7. C. d. t. quia neq; matrimonium qualecunq;, nec spem matrimonij violare permissum est teste Ulpiano in d. l. 13. Cujac. 6. observ. 16; ut & de meretrice nupta exaudiendum est; siquidem in ea uxore quæ vulgaris fuerit, quondam scilicet, maritum adulterium vindicare posse expressè docet Jctus Ulpianus in d. l. 13. §. 2. ff. d. s.

16. Quia verò adulterium est de illis criminibus, quæ fiunt abditè & occultè; l. consensu 8. §. 6. C. de Repudijs, evenit etiam ut sit difficilimæ probationis, Mascard. post alios de probationibus cõ. 57. cum tam de jure divino quam humano, ad illius probationē necessariū esse videatur, adulterum vel adulteram in ipsis rebus Veneris deprehendi Levit. 20. v. 10. Deut. 20 v. 22. Joh. 8. v. 4. l. 23. ff. ad L. Jul. de adult. c. præterea 27. extra de testib. nec quicquam hic valeat præsumptiones etiam urgentes graves ac violentæ, Mascard. d. l.

27. Hinc fit, ut per ejusmodi testes deponentes, se vidisse mulierem jacentem cum viro, aut nudum cum nuda in eodem thoro cubantem, vel solum virum & mulierem occultè se deosculantes, necessariò adulterium non probetur, prout pluribus probant, Mascard. d. l. n. 5. & Laurent. Kirchoy. comm. opin. cent. 1. concl. 5.

18. Si scilicet de adulterio pœna capitis & criminaliter puniendi agatur; nam secus est, si civiliter maritus ad thori separationē agat. Siquidem hoc casu sufficiūt præsumptiones illæ certæ graves ac violentæ & conjecturæ legales, apertæ & liquidæ, item signa

figna & deniq; quivis tactus & a&us inhonesti, & pijs, pudicis & castis in atronis exosi: prout post *Marscard. d. l. & Laurent. Kirch in sui comm. conclus. concl. 5. cent. 1. in v. adult. ubi concordantes citat, & in fine attestatur is a ipso consulente alias fuisse judicatum, docet pulchre Amplissimus F. Crus Cosmannus vol. 3. con. 16. n. 96. & seqq.*

19. Pœna adulterij vel privata est vel publica: Privata est quam pater itemq; maritus in adulterum & adulteram statuere potest, sub certis tamen illis conditionibus, quarum mentionem faciunt *l. 20. & l. 22. § 2. & 4. l. 24. ff. ad L. Jul. de adult. l. 4. C. d. t. & c.* Publica ex jure divino tam in fœminis quam masculis ultima est supplicium *Levit. c. 20. v. 10. Deut. 22. v. 22. Ezech. 18. v. 13.* Ex Jure Canonico in terris Ecclesiæ Pontificiæ in clericis est depositio & detrusio in monasterium ad agendam perpetuò pœnitentiam. *c. si quis Clericus 10. distinet 31. Menoch. lib. 2. de arbit. judic. cent. 5. casu 419. n. 70. & seq.* In Laicis verò excommunicatio *c. intelleximus 6. extra ne Adult. Boer. d. class. disp. 12. th. 35. Harprecht. ad d. § 4. Inst. h. t.*

20. Ex jure verò Civili adulterij pœna ante Augustum nulla certa fuit, sed impudicarum mulierum coercionem propinqui ac necessarij habuerunt, qui in eas pro arbitrio statuerunt, ut constat ex *Baticar. lib. 2. alijsq; historicis.* Postea D. Augustus pœnam adulteris capitalem dictavit *§ 4. Inst. h. t.* ubi expressè dicitur ex L. Augusti sive Julia adulterium capitale esse, prout & pluribus probat *Clariss. ac Consultiss. Dn. D. Lindemann. disput. ultima ex-eritat. Justinian. th. 23.*

21. Verùm dicta pœna hæc utpote nimis rigida à D. Augusto postea remissa est, mitiorq; electa, cum nec ipsemet ab hoc crimine liber esset teste *Cujac. in π. ff. ad L. Jul. de Adult. quæ & lenitate subsequentiū Impp fuit frequentata, prout apparet ex l. 13. ff. de his quæ ut indigni l. 11. ff. ad L. Jul. de Adult. l. 5. ff. de Quæst. l. 2. §. miles. ff. de his qui notantur infamia l. 18. ff. de testibus l. 20. §. mulier. ff. Qui testament. facere possunt. alijsq; quam plurimis locis.* crescente autem quotidie delicto isto postmodum rursus eandem non introduxit, sed languescentem & semisepultram in læcem usumq; revocavit. D. Constantinus *l. quamvis 30. C. ad L. Jul. de Adult. N. 134. c. 10.*

22. Hanc ordinariã pœnam sanguinis tandem D. Justinianus in masculis quoq; approbavit, in mulieribus verò mitigavit, ut scilicet
lotis

loris fustibusq; castigatæ in Monasterium detruderentur, unde tamen maritus intra biennium eam recipere potest *d. N. 134. c. 10.* & indè desumpta *Authent. sed hodiè C. ad L. Ful. de Adult.* quamvis in illa turpius quam viro semper creditum sit ab antiquis adulterium. Et eam pœnæ mitigationem in mulieribus hodiè constitutione Carolina *art. 120.* abrogatam non esse contendit pluribus *Godd. in l. 101. ff. de U. S. num. 4.*

23. Ex jure Saxonico in maribus similiter est capitalis vindicta, fœminæ verò propter monasteriorum defectum publicæ virgis cæsa in perpetuum solent relegari etiam eo casu quando cum solutis personis rem habuerunt, *prout docent Fachs, post specul. Saxon. tit. von Peinlichen Straffen/ s. aber zu dieser zeit.* Ex constitutionibus verò Electorum Saxonie tam fœminis quam maribus adulteris gladij pœna imponitur *constit. 19. p. 4.* quam gladij pœnam similiter constitutiones Palatinæ & Hassiæ sequuntur. *P. Heig. vol. 2 q. 29. n. 72. & seqq.*

24. Et hæc de adulterio; sequitur stuprum; licet enim *d.* lex Julia de Adulterijs adulterio & stupro indifferenter utatur, *l. 101. ff. de U. S. l. 6. § 1. ff. ad L. Ful. de Adult.* propriè tamen adulterium in nuptam ut supra *th. 13.* dictum committitur, stuprum verò in virginè viduamve, quod Græci φθορά i. e. corruptionem appellant.

25. Stuprum itaq; est coitus illicitus in virginem viduamve honestè viventem perpetratus *§ 4. Inst. de pub. judic. l. 6. § 1. l. stuprum. 34. ff. eod. l. 3. ff. de concu.* Siquidè si turpiter vivere, sequè venalem præbere, aut prostituere jam ante solita fuerit, vel meretrix sit, coitus ille, quamvis sit illicitus, non tamen est stuprum, sed meretricius, Venereus, libidinosus; unde & nec stupri pœna locum habet (Jure n. Civili meretricia consuetudo certis pœnis non punitur *d. l. 13. § plane ff. d. 1. Wesenb. in x. ad L. Ful. de Adult. n. 20. & lacè ad tit. C. de concubin.*) *l. 22. l. 29. C. ad L. Ful. de Adult. Clarus lib. 5. § fornicatio n. 2. Godd. ad l. 101. ff. de U. S. n. 9.* Et non incommodè in voluntarium & violentum dividitur: *Damboud. in praxi rerum criminal. c. 92. n. 2.*

26. Voluntariū est quod volète vel parū reluctante virgine vel vidua committitur: cujus pœna est ex Jure divino, quod stuprator vitiatam fœminam & dotare & in matrimonium ducere teneatur *Exod.*

tur Exodl 22. v. 16. & Deut. 22. v. 28. Idem quoq; ex jure Canonico in stupratore Laico (clericus enim ob stuprū cū virgine commissum, punitur pœnā depositionis) statutum esse per c. 1. ex 17. de Adult. & Supr. ibid. Innocent. Host. Joh. Angl. Anton. de But. & Card. docent: prout refert. Anton. Gontz. loco infra relato. Verum ab illis communiter DD. alternativè tantum; non verò copulativè id concedendo dissentiunt; prout videre est ex lib. 2. Jacob. Menoch. de Arbit. Jud. Quest. Cent. 3. c. 288. n. 14. Jul. Clar. lib. 5. sentent. § stuprum n. 3. & Anton. Gomez. in l. 80. Tauri n. 8. Ubi ita in Hispania servari testatur. Ex jure verò Civili dimidiam partem bonorum stuprator, si honestus est, patitur; si verò humilis, corporis coercionem cum relegatione d. § 4. Inst. de pub. Jud. Wesenb. in n. ff. d. r. n. 26.

27. Violentum est quando virgines vel viduæ per vim opprimuntur; cujus pœna est ex Const. Carolin. art. 19. ultimum supplicium; Vel potius quando nondum viri potenti inferitur; ejusq; pœna est damnatio in metallum, si sit humilis; in Insulam v relegatio, aut in exilium missio si honesti sunt. l. 38. § 3 ff. de pœnis. Boer. de Class. disp. 12. th. 47. Damhod. d. l. n. 8.

28. Utrumq; sit vel ab extraneis, & quidem vel naturaliter à mare cum foeminâ, diciturq; stuprum sive fornicatio simplex, de cujus pœna dictum th. 26. vel à sanguine junctis personis diciturq; incestus, cujus pœna ex interpretum probatis sententijs pro delicti personarumq; qualitate interdum vel ultimum est supplicium, ut pluribus probant Modest. Pistoy. p. 2. illust. quest. 92. per tot. Wesenb. in w. ff. ad l. Jul. de adult. n. 21. vel fustigatio & in exilium condemnatio, vel si qua alia similis arbitraria pœna, ut docent Jul. clarus lib. 5. sentent. § incestus n. 2. ubi plura eam in rem præjudicia recitat. & Amplissimus F. Citw. Cothman. vol. 3. con. 48. n. 23. Vel contra naturæ ordinem, quando scilicet Venus mutatur in aliam formam, ut loquuntur Imp. Constantinus & Constans in l. 31. C. ad l. Jul. de adult. à foemina in foeminam, à masculino in masculum vel in brutum animal (turpe dicitur) æstuate; & appellatur Sodomia, cujus horridi sceleris pœnâ ex omni jure est mors naturalis; quæ tamen ex receptissima consuetudine per ignis supplicium fuit illata prout attestantur Damhod. de tra. c. 96. n. 12. & Menoch. d. l. 2. Cent. 3. Cas. 216. n. 15. & seqq. quam consuetudinem expressè postea etiam approbavit Car. V. in Constit. sua Crimin. art. 116.

B

29. Lex

29. Lex Julia vim quoq; publicam & privatam coercet; Publica autem vis olim dicebatur, quam contra jus & fas, publica persona, quivè imperium vel potestatem habebat, inferebat; Privata quam privati homines inferebant. *Paul. lib. 5. sent. 26. ibiq; eleganter Cuiac. quem sequitur Menoch. lib. 2. Arbut. Jud. quast. Cen. 4. Cas. 394. n. 8. & seqq. Borch. ad § 8. Inst. de public. Jud.* Sed postea publica vis caput dicitur, quæ fit cum armis, ut plurimum scilicet, sive frequentius (sine armis n. aliquando vim public. committi docent expressè l. 3. § 3. & 4. l. 5. 10. l. fin ff. ad L. Jul. de V. publ. l. 29. § fin. ff. ad L. Jul. de Adult. Privata quæ fit sine armis d. § 8. Inst. de pub. Jud. § 4. 6. Inst. de Interdict. Utriusq; variæ species repetendæ sunt ex ff. & C. sub. tit. de V. pub. & privat. Armorum a. appellatione quæ contineantur, explicant Dd. in l. armorum 41. ff. de V.S.

30. Pœna vis publicæ olim erat aquæ & ignis interdictio l. 10. § 2. ff. ad L. Jul. de vi public. postea deportatio cum bonorum ademptione d. § 8 Inst. l. 7. C. d. t. quibusdam tamen ut servis, incendiarijs effractoribus & expilatoribus aliarum ædium vel villarum, & similibus capitale supplicium irrogabatur l. penult. ff. d. 1. Vvesemb. 7. ff. ad L. Jul. de vi public. n. 4.

31. Ex novis verò constitutionibus Imperialibus pacem publicam convocatis, & coadunatis hominibus multis dolo malo violans & turbans in pœnam banni incidit, Wird in Römischer Keiserlicher Mayestet/vñ des Heiligen Reichs acht gesprochen vnd erkleret/ita ut ab omnibus in persona, & rebus impunè offendi possit Reichsabscheidt zu Augspurg / anno 1500. tit. von der Peen der Ubersarfer dieser Ordnung vnd Abscheidts. item Reichsabscheidt zu Wormbs / anno 1521. p. 125. tit. die Peen aller Friedebrecher. *Gail. lib. 2. de pace publ. c. 1. n. 21. & seqq. Bocer. d. class. 2. disp. 13. th 32.*

32. Pœna verò vis privata est tertiæ partis bonorum publicatio l. 1. l. fin. ff. ad L. Jul. de vi privata l. 2. C. d. t. § 8. Inst. de pub. judicij.

33. Porro est hæc violentiæ species, per quam nobilis quæ dicitur Raptus aded ut eam Justinianus etiam d. § 8. Inst. de pub. Judic. attigerit, qui violentâ honestæ sceminæ sive illa sit virgo laica, aut sanctimonialis, sive vidua vel conjunx aliena, abductione libidinis explendæ causa committitur; nec refert scemina illa consenserit raptori, sive non *arg. l. 5. § final ff. ad L. Jul. de vi pub. l. 54. C. de Episcop. & cler. in fine.*

34. Pœnæ

34. Pœnæ raptus variæ sunt: Raptor enim in ipsa rapi-
na & flagranti adhuc crimine deprehensus, à sœminæ parentibus,
confaguineis, tutoribus, curatoribus impunè occidi potest; prout
expressè statutum est in d. l. 54. C. de Episcop. & cleric. & l. unica C. d.
Rap. virg. seu viduar. N. 143. Si verò raptor ex prædictorum mani-
bus effugerit, tunc & raptor, & qui opem & auxilium ei invasio-
nis tempore præbuerunt, capite puniuntur d. §. 8. Inst. de pub. Jud.
& d. l. 54. C. de Episc. & Cler. & d. l. unic. & d. N. 143. P. 3. O. art. 118.
Servi autem raptoris aut raptui adstantis pœna est exustio,
prout apparet ex d. l. unic. §. sed & si quis C. de rapt. virg. sed de his &
alijs quâ plurimis raptus pœnis videatur d. l. 54. & d. l. unic. & d. N. 143.

35. Prædicta tamen raptus pœna ex juris Canon. æquitate
cessare videtur, si quis sponsam suam propriam, cum quâ antea
sponsalia legitimè contracta fuère, rapuerit c. lex illa 36. q. 1. c. si quis
virginem q. 2. Quò & respicit P. 3. O. Car. V. art. 118. in verb. *Vnz
ehrlícher weíse*. In ea verò sponsa, quæ in sacris adhuc constitu-
ta invitoq; parente rapta dictam Civilis sanctionem locum adhuc
habere pleriq; Dd. volunt, quorum etiam sententiam amplecti-
tur Clar. & Consult. Dn. Lindeman. d. disp. th. 56. Præterea nec eum
quoq; qui raptam sœminam carnaliter non cognoverit, prædicta
capitali raptus pœnâ afficiendum esse acriter defendunt, Boerius
decis. 316. n. 4. Harprech. ad d. §. 8. n. 17. multiq; alij ibidem relati.

36. Ex L. Julia crimen quoq; Peculatus à pecore dictū
secundum Sext. Fest. lib. 4. & 14. coercetur; estq; definiente Labeo-
ne in l. 9. §. 2. ff. ad L. Ful. pecular. pecuniæ publicæ aut sacre furtum,
non ab eo factum, cujus periculo (Si n. periculo ejus pecunia
fuerit, in L. Jul. de residuis, de qua th. 40. tantum committere di-
citur) fuit; & ideo ædituum in his quæ ei tradita sunt, peculatū
non admittere. Ejus species duæ sunt: Una generis nomen
retinet & dicitur propriè peculatus, altera sacrilegium appella-
tur; cum quis publicam rem sacram, vel religiosam ex loco
sacro abstulerit, interceperit l. 1. 4. l. 9. §. 1. ff. d. t. Rei enim pri-
vatæ ex loco sacro ablatio furtum non sacrilegium est; unde &
illarum rerum nomine, si ex æde sacra in quam depositæ subre-
ptæ fuerint, non sacrilegij sed furti actio datur l. 5. ff. d. t. Cujac. 13.
ob. 19. Ex jure verò Canonico ad sacrilegium inducendum suffi-
cit alterutrum, vel quod res sit sacra; vel quod de loco sacro sit

ablata, c. si quis contumax & c. quisquis 17. q. 4. Clarus in §. sacrilegium
n. 1. Et hanc juris canonici constitutionem expresse approbavit
constitutio Carolina criminal: art. 171.

37. Publica autem pecunia hoc in loco ea dicitur, quæ vel
ad rempub. sive urbem Romam, vel ad Imperatorem pertinet; l. 6.
§. final. ff. ad L. Jul. peculat. l. 15. ff. de V. s. Proinde qui inferiori
civitati, vel municipio pecuniam abstulerit furti crimen saltem
admisisse censetur l. 81. ff. de furtis. Ex constitutionibus tamen
Principum Divorum Trajani & Hadriani ad aliarum quoq; civita-
tum pecuniam crimen peculatus postea extensum est l. 4 §. fin. l. 7.
ff. d. t. Wesemb. paratit. ad d. t. n. 5.

38. Pœna peculatus primû fuit pecuniaria, condênatio scilicet
ablatae pecuniae in Quadruplum l. penult. ff. d. t. Paul. lib. 5 sent. 27 ibiq;
Cujac. Huic ordinaria ex ipsa L. Julia successit aquæ & ignis inter-
dictio, sive deportatio l. 3. ff. d. t. & §. 9. Inst. de pub. judicijs. Tan-
dem constitutionibus Honorij & Theodosij introductum fuit;
ut iudices tempore administrationis, publicas pecunias subtra-
hentes ultimo capitis supplicio afficerentur, ut & illi qui mini-
sterium eis ad hoc exhibuerunt l. unica c. de crimine peculatus, ex
qua Tribonianum id Legi Juliae in d. §. 9. Inst. ascripsisse antumat
Borcholt. ad d. §. 9. num. 4.

39. Sacrilegij verò pœna pro qualitate personæ, proq; rei
conditione & temporis, & ætatis, & sexus vel sæverius vel cle-
mentius imponitur. l. 4. §. 2. l. 6. ff. d. t. Monstrantias enim in
quibus sacramentum altaris conservari falsò sibi Pontificij ima-
ginantur, surripientes, igne vivi comburuntur P. 3. O. Carol. 5.
art. 179. Calices verò patinas, aliave sacra vasa, ex sacro vel alio
loco auferentes, similiter capitali modo hac, modo alia pœna ex
consilio Jctorum afficiuntur P. 3. O. de art. 172. Medicum verò
aliquid rei sacrae de templo surripientes veluti ceram, candela-
brum altaris linteum, &c. ut vulgares fures puniuntur, modo
ferramentis sibi aditum ad has sacras res non fecerint. d. ord. crimi-
nal. Carol. 5. art. 174. Clarus lib. 5. sent. §. sacrilegium n. 3. eleganter. Dam-
houd. in praxi rerum crimin. c. 111. per. tot. Bocerus d. clas. Disp. 16 th. 55. & seq.

40. Peculatu finitimum est Residuorum crimen; L. e-
nim quoq; Julia de Residuis tenentur, qui pecuniam publi-
cam sibi conceditam in alios, quam oportuit, usus consumpse-
runt, quia

runt; quæ etiam quæ apud ipsos ex publicis rationibus remansit, non restituerunt, l. 2. § 3. & 4. l. 9. § final. ff. ad L. Jul. pecular.

41. Pœna præter infamiam est ut convictus tertiâ parte amplius quam debet, puniatur, i. e. ut præter pecuniam quam debet tertiâ partem ejus pecuniæ solvat L. 4. § qua lege ff. d. s. Ergo qui 300. reliquatur tertiâ amplius partem, hoc est 100. ultra inferet, atq; ita in similibus. Wesenb. in § 11. Inst. de pub. Julic. n. 5. Et hæc pena in heredem quoq; est transitoria: nec immeritò, cum hic respondente Jcto Papiniano in l. final. ff. d. s. quæstio principalis ab latæ pecuniæ moveatur.

42. Ex L. quoq; Julia Ambitus vindicatur, committiturq; præcipuè ab ijs qui pecuniâ & largitionibus honores, dignitates officia, magistratus & sacerdotia ambiunt & redimunt; l. unica § 1. ff. ad L. Jul. Amb. (sunt n. & alij quoq; modi, de quibus est L. 1. § 3. & 4. & L. unica. C. d. i. vid. Cujac. 6. Ob. 34.) Et hoc ultimum Canones peculiari nomine Simoniam vocant à Simone Mago, cui D. Apostolus Petrus in Act. Apostolorum c. 8. v. 18 19 & 20. c. Quidam autem heretici 24. q. 3. maledixit, quod ab Apostolis Spiritus S. gratiam pecuniâ emere voluisset, Simonia n. proprie est cum aliquid pro spiritualibus exigitur vel promittitur, ut ostendit t. t. Decretal. de Simonia & ne aliquid pro spiritualibus exigatur vel promittatur. Vult. ad § final. Inst. de pub. Judic. n. 5.

43. Pœna Ambitus ex jure Civili est 100. aureorum multa cum nominis infamia l. unica § 1. ff. h. t. quæ tamen pro modo & qualitate admisi ad deportationem extendi potest d. L. Vnic C. eodem ubi Dd. vid. Paul. lib. 3. sentent. 30. Damhoud. in prac. rerum crim. c. 131. n. 1 2. & seqq. Treutl. vol. 2. disp. 32. th. 9. lit. h. Ex jure Canonico Simonia pœna varia est 1. est privatio gradus Ecclesiastici c. Presbyter c. si quis Episcopus 1. q. 1. 2. Excommunicatio Pontificia c. reperiuntur 1 q. 1. 3. depositio & infamia c. sanè 15. q. 3. Quarta pœna pro rei, facti & personæ qualitate, arbitrari a est, ut post Menoch. lib. 2. de Arbit. Jud. quæst. cent. 5. c. 401. num. final. docet Bocerus d. cl. disp. 16. th. 75.

44. Lege Julia quoq; prohibitum est crimen repetundarũ, seu de pecunijs repetundis, quod ab illis committitur, qui in Magistratu, potestate, curatione, legatione vel quo alio officio, munere, ministeriove publico pecuniam ob judicandum decernendumq; extorserunt, vel quo magis aut minus quid ex officio

fuo facerent, vel qui quid pro administrationibus fortiendis dederunt vel daturum promiserunt, *l. 1. 3. 4. ff. de L. Jul. repetund. t. r. C. eodem. Vult. ad d. §. final. Inst. de pub. Jud. n. 9. vid. & omnino Cujac. 6. ob. 18. ubi eleganter explicat, quomodo & à quibus personis Magistratui vel ei qui in potestate est munera accipere licitum sit.*

45. Pœna hujus criminis hodiè est extraordinaria, & modò levior ut relegatio vel ordinis amotio, modò gravior ut deportatio, vel etiam aliquando ultimum supplicium pro qualitate & modo delicti perpetrati, prout eleganter docet JCrus Macer *in d. l. 7. §. 3. ff. d. t. Interdum & reo pœna quadrupli si civiliter agatur imponitur l. 1. & final. C. d. t. quæ pœna etiam in hæredes transit l. 2. ff. d. t. & l. 14. ff. ad L. Jul. peculatus.*

46. De Annona lege Julia quoq; cautum est, eaq; tenetur, qui annonam quacunq; ratione dolò malo cariorem reddunt *l. 1. 2. ff. ad L. Jul. de Annon. quod varijs fieri solet modis, prout apparet ex l. 2. ff. d. t. L. unic. C. d. Monopol. l. 6. & §. final. ff. de extraord. crimin. & vel maximè à Dardanarijs, d. l. 6. l. 37. ff. de penis.*

47. Annonæ autem appellatione veniunt omnia quæ ad vitam humanam pertinent; ut frumentum, panis, carnes, lardum, sal, vinum, oleum, acetum & similia *l. 1. C. de erogat. militaris annonæ lib. 1 2. item palea & fœnum & ligna & c. l. 2. l. §. C. d. t. Cujac. ad Rubric. C. de Annonis & Tributis lib. 10.*

48. Hujus delicti pœna quoq; est extraordinaria five arbitraria, & pro gravitate aut levitate ejusdem interdum est pecuniaria, puta 20. aureorum *l. 2. §. 2. ff. de L. Jul. de annon. interdum relegatio & in metallum damnatio l. 6. ff. de extraord. criminibus.*

49. Sequitur jam Lex Cornelia de Sicarijs in homicidas, veneficos & incendiarios lata à L. Cornel. Sylla *l. 2. §. 32. ff. de orig. juris. Sicarij autè appellatur à sica, quod est genus gladij brevioris §. item lex Cornelia Inst. de pub. judic. quasi sica à secando dictum; hinc abusive qui quocunq; telo (cujus appellatione non tantum illud venit, quod arcu mittitur; sed & omne id quod manu cusq; jacitur, five lapis fuerit five lignum, five ferrum d. §. 5. Inst. d. t. & l. 233. §. velum ff. de V. S. ibiq; Godd.) interficiunt Sicarij appellantur *Wesemb. in paratit. num. 3.**

50. Porro homicidium ab homini cæde q. hominis cedium sic appellatum, est quævis violenta hominis exanimatio, animæq;

animæq; separatio ab homine facta. Hominis dicitur exanimatio,
& rectè quoq; ab homine facta. Est enim homo subiectum huius
criminis adæquatum, extra quod nunquam hoc committitur; si-
quidem cum à fera vel bruto animali quis interficiatur, propriè
non est homicidium sed pauperies *t. i. Inst. & ff. si Quadrup. paup. sec.*

§ 1. Dividiturq; in verum vel quasi: Verum aut est volun-
tarium sive spontaneum, aut casuale seu involuntarium. Illud
rursus aut est planè voluntarium ac dolosum; aut coactum seu
necessarium *argumento Rub. extra de homicid. volunt. vel casuali &*
cleric. de homicid. voluntario vel casuali VVesemb. in x. ff. ad L. Cornel. de
Sicar. n. 5. & 15. Vult. lib. 1. f. R. 48. Harprech. ad d. § Inst. de pub. Judic. n. 57.

§ 2. Planè voluntarium homicidium, quod dolo malo a-
nimoq; deliberato, atq; ad hoc ipsum; ut homo occidatur, com-
mittitur. *Vult. & VVesemb. ad. ll. non differentia habita, cujus-*
cunq; ætatis, conditionis, aut sexus sit l. 1. § 2. ff. ad L. Cornel. de Sica-
rij. l. penult. C. eodem l. 23. § 9 ff. ad L. Aquiliam. Omnes n' ad imaginem
Dei creati sunt, à quo & omnibus communis vita & natura data
est. *l. 12. § 4. ff. de accusat.*

§ 3. Nihil quoq; interest, occidat quis, an v. mortis cau-
sam dolo malo animoq; occidendi præbeat *l. 15. l. 1. § 1. l. 4. ff. ad L.*
Cornel. de Sicar. Unde est quod mandans hoc delictum eadem pæ-
na qua mandatarius delicti autor puniatur *l. 11. § 3. ff. d. Injur. d. l.*
15. ff. ad L. Cornel. de Sicarijs l. 1. § 12. ff. de vi & vi armata. Mandans ta-
mèn expresse ne interficiat, sed tantum percutiat, si mandatarius
mandati fines exceßerit, & interfecerit: ipse non mandans ordi-
naria pæna homicidij afficietur, cum non exitus sed principium
perpetrandi delictum, ut & animus occidendi dolusq; ma-
lus, qui hoc in casu non intervenère, considerari debeant *l. 33. ff.*
de furr. l. 1. § 3. l. 7. ff. ad L. Cornel. de Sicar. l. 7. C. d. i. Dolus siquidem
pro basi & fundamento in L. Cornel. de Sicar. requiritur. *dd. ll.*

§ 4. Et quidem in tantum, ut & illi qui hominis occidendi
causa cum telo duntaxat obambulaverint, effectualiter ut
homicidæ puniantur, licet cædes non fuerit subsequuta *d. § 5. Inst.*
d. pub. Judic. & d. l. 7. C. eodem l. 1. 4. ff. ad L. Cornel. de Sicarij: cui tamen
juri utpote nimis duro hodie per generalem consuetudinem de-
rogatum est, *teste Sneiderin. ad § 5. Inst. de pub. judic. n. 3.* Et hinc
quoq; est, quod infantes & furiosi, si hominem occiderint, ab ho-
mici dij

mici di j commiſi pœna prorfus abſolvantur, cum alterum innocencia confili j doli q; mali tueratur & defendat; alterum fati infelicitas excuſet; *l. 12. ff. ad L. Cornel. de Sicar. l. 14. ff. de offic. Preſid.*

ſſ. Doli a mali appellatione in L. Cornelia de ſicar. dolus tãtũ verus, non fictus, neq; etiam lata culpa venit *l. 7. ff. ad L. Cornel. Sicar. c. odia 15. & c. in pœn. 49. d. R. l. in 6. l. 155. § 2 ff. d. R. I. & ex facto ipſo præſumitur; donec probeur contrarium l. 1. §. C. ad L. Cornel. de Sicar. ubi Dd. argum. l. 5. C. de Iujur VVeſemb. in w. ad d. l. Cornel. de Sicar. n. 10. Plura de hujusmodi homicidio plane voluntario ſcitu neceſſaria, & in foro & praxi recepta vid. apud. Clar. lib. 5. ſentent. §. homicidium n. 7. n. 37. n. 41. & ſeqq. & Gail. 2. ob. 109. & ſeqq.*

ſſ. Pœna hujus criminis olim ex L. Cornelia de ſicarijs ordinaria erat deportatio, & omnium bonorum ademptio. Sed conſuetudine poſtmodum receptã nobiliores & honeſtiores in Iuſulam deportabantur; humiliores verò ultimo ſupplicio afficiebantur *l. 3. §. penult. l. 16. ff. ad L. Cornel. de ſicarij. Hodie in omnibus perſonis indiftincte eſt ultimum ſupplicium §. 5. Inſt. de pub. Judicj l. 8. C. ad L. Cornel. de ſicarij, quod & Juri divino conſentaneum eſt. Gen. 9. v. 6: Exod. 21. v. 12. Deut. 19. v. 11. Matth. 26. v. 52. Johan in Apocalyp. c. 13. n. 101. & expreſſe quoque ab Imp. D. Carolo V. conſtitur. ſua criminal. articul. 137. & 148. approbatum.*

ſſ. Sequitur coactum & neceſſarium homicidium, quod non dolo, ſed quodammodo coacte ob neceſſariam ſui deſenſionem, vel propter aliam quamcumq; legitimam cauſam committitur *VVeſemb. parat. ff. ad d. L. Cornel. de ſicar. num. 21. Ful. Clarus d. l. 5. ſentent. d. §. homicidium num. 24. & ſeqq.*

ſſ. Neceſſaria ſiquidem illa vitæ ac corporis deſenſio Iure naturali initio introducta eſt, & hominibus brutiſq; ingenita *l. 1. §. cum arietes 11. ff. ſi quadrupes pauperiem fecit dicatur l. 1. §. vim vi 27. ff. d. vi & vi armata l. 4 §. §. 4. ff. ad L. Aquilian. Quod & Cic. eleganter in oratione illa inſigni pro T. Annio Milone & lib. 1. offic. pluribus declaravit. vid. Donell. 1. com. 10. & Harpreſch. ad d. §. 5. Inſt. de publ. Judic. poſt jure gentium approbata d. l. 1. l. 44. §. 4. ff. ad L. Aquil. & Iure Civili quoque confirmata eſt.*

ſſ. Hoc enim jure neceſſariæ deſenſioni eſt certus quoque modus præſcriptus, quem ſi quis tranſiſerit, moderamen inculpatæ tutelæ objicere & prætereendere nequit. *l. 2. C. ad L. Cornel.*

Cornel. de Sicarij. l. 1. C. unde vi l. 4. §. 2. ff. ad L. Aquil. l. 52. §. 1. ff. d. 1. l. 3. §. 9. ff. de vi & vi armata: vide omnino constit. criminal. Carol. §. art. 139. usq. ad artic. 146. & Gail. 1. de pace publ. c. 16. n. 7. & seqq. Mascard. de probat. vol. 3. conf. 1126. n. 31. & seqq.

60. Quin imo & jure Canonico necessaria hæc defensio; *c. significasti 18. in fine, extra de hom. cap. si vero alicujus. extra de sententia excommunic. Clement. unica de homicid. voluntario vel casuali vid. Hippolit. de Marsilijs in pract. criminal. §. quoniam n. 75. ubi ex Canonistarum opinione scribit Clericum sacra agere volentem, posse invasorem in Ecclesia impunè occidere, & postea capta sacra perficere. Ut & juri divino consentanea; Exod. c. 2. v. 13. Joh. 18. v. 36. Obrech. de necessar. defens. cap. 1. & sic omni jure permissa est.*

61. Hinc itaque cuivis homini in dubio vitæ discrimine constituto, cuiuscūq; sexus & conditionis sit, sese optimo jure defendere licet, adversus quemcumq; etiam cujusq; potestatis, dignitatis & conditionis sit; *Clar. lib. 5. sentent. §. homicidium n. 30. modo illa defensio necessario, in continentia, in ipso scilicet congressu & concertatione, non ex intervallo, extraneo actu interposito & sic non animo ulciscendi, sed injuriam propulsandi fiat: Arum. disput. ad ff. 1. th. 2. & si eocasu aggressorem suum è medio sustulerit; ab omni pœna non tantum in Civili, sed & poliæ conscientie foro immunis erit Gail. 2. ob. 110. n. 10. & seqq. Wesembec. vol. 1. conf. 19. num. 5.*

62. Nec invasus tenetur primum aggressoris ictum expectare per *l. 5. in princ. ff. ad L. Aquiliam l. 3. l. 4. C. ad L. Cornel. de sicarijs. l. 1. C. quando licet. unic. sine iudice se vindic. P. D. D. Käyser Carols §. art. 140. in verb. Ist auch mit seiner gegenwehr / bis er geschlagen wird / zu warthen nicht schuldig. ut nec fugere; si fuga ei periculum vitæ adferret, §. injuria autem 2. Inst. de L. Aquil. l. 5. l. 45. §. 4. ff. d. 1. l. 2. C. ad L. Cornel. de sicarij. c. 1. 23. q. 1. prout pluribus docet Harprech. in §. 5. Inst. de publ. Judic. n. 121. & seqq. sequutus Damboud. in d. tract. criminal. c. 76. n. 7. & seqq. & Bocerum in tract. d. bello & duello lib. 2. c. 9. & clas. §. disput. 1. th. 21. & seqq.*

63. Nec præterea etiam paria arma adhibere necessum habet; unusquisq; enim suum adversarium etiam quocumq; armorum genere repellere, & sic eum qui gladlo stricto ipsum adoritur, globulo bombardico transfigere impunè potest, *Obrech.*

B

d. tract.

In tract. de necess. defenſ. cap. 11. n. 6. & 7. Bocerus d. tract. de jure belli & duelli c. 10. n. 55. & seqq. & d. diſp. ib. 14. Mascard. de probat. vol. 3. cont. 22. 26. n. 39. quos ſequitur Arum. d. diſp. ib. 2.

64. Et quidem non ſolum nos ipſos, eo ut dictum modo, ſed etiam alios, ſive ſanguine & affinitate nobis conjunctos, ſive etiam profuſos extraneos ab injuſto aggreſſore in diſcrimen vitæ abductos rectè omni jure tam divino quam humano defendere licet; modo citra propriæ vitæ diſpendium id fieri poſſit *Luc. 10. v. 36. Levit. 19. v. 18. Prov. 24. v. 11. c. negligere 55. 2. q. 7. c. non in inferenda 7. & c. Qui poteſt obviare 8. c. offendit 11. 23. q. 3. c. error cui non reſiſtit 3. diſtinct. 83. c. paſce fame morientem diſt. 86. arg. l. 7. ff. de ſerv. e xportant. l. 45. ff. ad L. Aquil. l. 2. & 3. ff. de noxalib. action. l. 50. l. 109. ff. d. R. l. Conſtit. Carolin. art. 150. in verbis, ſo einer zu rettung eines andern Leib/Leben oder Gut/ſemand erſchlegt. vid. Gail. 2. ob. 110. n. 19. Zoanett. tract. de neceſſar. defenſ. p. 1. n. 106. Valent. Voltz. in commentar. ad L. Cornel. de ſicar. cap. 8. num. 26.*

65. Porro nec tantùm vitam naturalem; ſed etiam vitam civilem, bonam nempe famam defendere debemus; ut enim naturaliter ſine ſanguine non vivimus, ita civiliter ſine bona famâ vivere non credimur. Hæc autem fama & exiſtimatio noſtra licet verbali injuriâ violeſtur, non tamen exinde propter injuriam illam verbalem perſonæ noſtræ illatam injuriantem impunè occidere licet. *l. 45. §. 4. ff. ad L. Aquil. l. 3. ff. de F. & F. Vaſq. lib. 1. illuſt. Queſt. c. 12. n. 2. Bocerus d. tract. lib. 2. c. 4. late Valent. Voltz. in d. tract. 6. 7. n. 127. Zoanett. p. 1. n. 51. & ſeqq. ad L. 3. ff. de F. & F.*

66. Et ne quidem in duello vel certamine etiam ſi quis ad illud innocens, hujusmodi uſitatis verbis biſtu ein redlicher Kerl/und kein Schelm/ſo komme herauſß und wehre dich mein / &c. vel etiam alijs ignominioſiſſimis provocatus ſit. Tali enim modo ad duellum provocatus, provocatori comparare non tenetur; ſed citra ſuæ exiſtimationis periculum emanere poteſt viaq; juris ſe defendere, (iccirco enim judiciorum vigor, jurisq; publici tutela in medio eſt conſtituta, ne quiſquam ſibi ipſi permittere valeat ultionem *l. nullus C. d. Judeis*) vel injuriam verbalem ceu crimen ſibi imputatum (idem tamen & non aliud) in continentèr conviciatori regerendo & retorquendo: Ut pura ſi quis aliquem vocet ſceleſtum, ſurem aut aduker ū, tum ipſe cui injuria illa illata eſt,

ta est, defendendi animo respondere potest: Tu mentiris, vel tu mentiris ut scelestus, fur & adulter, & tam diu te pro tali habebō donec me talem probaveris *argum. l. 14. § 6. ff. de bon. libert. l. 38. § Imperator, ff. ad L. Jul. de adult. Gail. 2. ob. 100. n. 9. Myn. 4. ob. 17. n. 3. late & egregie Amplissim: J. C. u. Corbman. vol. 3. con. 41. n. 53. & 97.*

67. Vel intentando etiam adversus injuriantem actionem injuriarū civilem, pro faciendā estimatione injuriæ *§ pænā 47. Inst. de Injurijs l. 21. ff. d. r.* & revocatione Injuriarum verborum, & restitutione famæ læsæ *auff einen wsdertuff/* (actionem n. revocatoriā, rejectis aliorū opinionibus, civilē esse, & cum actione injuriarum civili in uno libello conjungi posse *docet Myn. 2. ob. 98. n. 11. Gail. 1. ob. 65. n. 5.*) vel criminalem ad pœnam corporis afflictivam, aut pœnam fisco applicandam *§ 10. Inst. de Injurijs.*

68. Si tamen provocatus sui suorumq; immemor ad violentam defensionem progressus, provocantemq; forte in ardentem pugna interfecerit, eo casu non ordinariā homicidij pœnā, sed minori & extraordinaria afficiendum esse post *Trent. d. vol. 2. disp. 32. ih. 6. lit. g. aliosq; docet Harprech. ad d. § 5. n. 107.* sed vix illa sententia, veritate juris nostri Civilis theoricā inspectā, subsistet cum contra auctoritatem II. quod faciendum non fuit, provocanti comparuerit, *Cujac. s. ob. 18. Vasq. lib. 1. illust. question. c. 12. n. 2. & seqq. & cap. 49. n. 12. Obrech. d. neceß. defensione c. 9. n. 13. & seqq.*

69. Ob solam quoq; bonorum & rerum, quæ sunt media ad vitam sustentandam necessaria, defensionem & conservationem, invasorem occidere non licet; nisi illarum defensio cum summo vitæ quoq; corporisvè periculo cōjuncta sit *l. 9. ff. ad L. Cornel. de Sicar. l. 4. § 1. l. 5. l. 45. § qui cum aliter ff. ad L. Aquilian. l. 4. C. ad L. Cornel. de Sicar. c. 2. cap. si perfodiens 3. cap. suscepimus 10. Extra de homicid. Harprech. ad § 5. n. 172. Inst. h. r. Zoannert. in d. tract. p. 1. n. 36. & seqq. Valent. Voltz. in d. tract. c. 7. n. 100. & seqq.*

70. Propter certas quoq; alias legitimas causas homicidium à privatis commissum vel prorsus, vel saltem ex parte remittitur: Obsessores siquidem viarum seu latrones & populatores agrorum *l. 1. ubi eleganter Sichard. C. Quando liceat unicuiq; se sine judic. vindicare* item desertores militiæ impunè interficere, licet *l. 2. C. d. t. ibiq; Dd. Quod nonnulli etiam ad Imperij Romani bannitos extendunt. Gail. lib. 2. de pace pub. cap. 1. n. 22. & seqq. Prin-*

cipes n. & comites & alij superiorem recognoscences relegare quem proprie & non in bannum declarare dicuntur *argumentol. 7. § 10. ff. de Interdict. & relegat. Godd. de contr. & com. stipul. c. 7. concl. 4. n. 34. & seqq.*

71. Sic & patri adulterum cum filia, ut & marito solum adulterū jus occidendi, sub certis tamen quibusdā conditionibus prout supra quoq; dictum, concessum est: sic etiā licetoribus maleficos armis ipsis resistentes omni jure interficere licitum est, si capitaliter ac præhendi nequeant *l. servus cujusquam 4. C. de his qui ad Eccles. confug. l. quemadmodum 29. § Magistratus 7. ff. ad L. Aquil. late Clarus lib. 5. § final. quest. 29. n. 1. Gometz. 3. resolut. 9. n. 6. Gail. 2. ob. 110. n. 40. Damhoud. in d. prax. crim. c. 84. n. 35.*

72. Casuale v. seu involuntarium homicidium est; quod præter occidendi scopum & voluntatem culpa, aut citra culpam committitur, & pro ratione circumstantiarum & culpæ, vel veniam meretur, vel punitur.

73. Hinc volens occidere Titium inimicum suum, si Cæjum errore quodam in persona commissio exanimaverit tenetur ordinariā *L. Cornelix pœnā, arg. l. 18. § si injuria 30. ff. de Injur. l. 5. § 1. ff. de servo corrupt. Dasqui lib. 3. illust. Quest. c. 96. n. 7 2. Clarus in lib. 5. § homicidiū n. 6. Gometz d. rom. 3. variar. resolut. 3, n. 3 4. Arum. Exerc. Just. 20. th. 13. Is a. qui in ludis vel colluctationibus & torneamentis gloriæ & virtutis causā à Principe concessis, vel usu & consuetudine approbatis, unum ex socijs, vel ex adstantibus casu occidit, pœnam non meretur *l. 2. § 1. & 3. ff. de aleat. l. 3. § penult. ff. de Injur. l. 7. § si quis in colluctatione ubi Dd. ff. ad L. Aquilian. pulchre Menoch. lib. 2. de arbit. Jud. quest. sen. 4. c. 400. Damhoud. in prax. rerum criminal. c. 84. n. 22.**

74. Restat **Q.** homicidium, quod committitur, si quis hominem circumcidit *l. 11. ff. ad L. Cornel. de Sicar. & vel libidinis vel promercij causa castravit l. 3. § 4. ff. d. t. aut seipsum sponte excidendum præbuit l. 4. § 2. & seqq. ff. eodem Wesenbec. iu. x. ad D. L. n. 15. Perpetratur etiam & alijs modis de quibus videatur *l. 1. l. 3. § 4. ff. ad L. Cornel. de Sicar. l. 7. C. d. r.**

75. Succedit veneficium: ejusdem n. *I. Cornelix de Sicarijs & veneficijs c. 5.* (plura n. habuit capita teste Borch. ad d. § 5.) qui venenum necandi hominis causa fecerit vel vendiderit, vel habuerit, perlectitur *l. 3. ff. ad L. Cornel. de Sicar.*

76. Hujus

76. Hujus quoq; L.pœnâ ex Scto afficiuntur pigmentarij, si cui temerè cicutam, salamandram, aconitum, pityocampas aut buprestim, mandragoram, vel cantharidas dederint *d. l. 3. § 3. ff. d. t.*

77. Veneficis etiã annumerantur illi qui magicis artibus utuntur § 5. *Inst. de pub. Judic. t. t. C. de Malefic. & Mathematic.* (ubi mathematicorum nomine ij duntaxat veniunt qui superstitiosè astrologiã in vaticinando abutuntur, non qui honestissima mathematicarum studia docent & excolunt *Wesenb. w. hic n. 29. Cujac. π. C. eodem.*) ut qui cum Diabolis commercium habent; incantationes, susurros magicos, crystalum &c. adhibent. *l. 3. 4. & seq. C. d. t. Paul. §. sentent. 21 ubi Cujac. Treut. d. disput. th 7. lit. c.*

78. Veneficorum olim eadem pœna fuit quæ homicidij *l. 1. § 1. l. 3. § 1. ff. d. t. § 5. Inst. de pub. Judic. Wesenb. w. n 3.* Hodie verò ex constitutione Carolina *art. 109.* venefici cum Diabolo rem & pacta habentes, suisq; magicis incantationibus hominibus nocentes ignis supplicio afficiuntur, Quod & extédédum quoq; putamus ad illos veneficos magicas artes exercentes, & Deum abjurando Diabolo se mancipantes (secus n. est, si magicis quidem artibus utuntur, citra tamèn expressam Dei abnegationem, neminiq; nocent; in hos n. pro conditione causæ ex constitutione Carolina *d. art. 109.* pœna illa arbitraria constituta videtur. *Clariss. & Consultif. Dn. Lindemannus d. disp. th. 38.*) licet nullum vel hominibus vel animalibus damnum intulerint: *Exod. 22. v. 18. Levit. 24. v. 27. Deutron. 18. v. 11. Es 44. v. 25. & 47. v. 13. Godelm. in tract. de Lamijs. lib. 3. c. 11.*

79. Nullum n. hoc hominum genere in rerum natura pejus, & quo frequentius (proh dolor) hoc crimen hodie committitur, eo severius infacinerosos animadvertendù est; ita tamen ut omnia legitimo processu in criminalibus servato expediantur ne cui fiat injuria: *Vult. ad d. § 5. n. 8.*

80. Non itaq; à tortura, causâ non satis cognita, multò minus parte rea non audita incipiendum; prout graviter monet *Damboud. cap. 36. n. 35.* & hac in parte multorum judicum imperitiam & incitiam accusat. Ut nec à superstitiosâ per aquam frigidam purgatione, quæ nec divino nec humano juri congrua est, prout pluribus probat *Heig. volum. 2. q 39. per tot.*

81. Illorum verò veneficorum, qui sine artibus magicis veneno hominis vitæ aut corpori nocuerunt pœna hodie est vel

notæ supplicium in viris vel in fœminis submersio, d. artic. 130,
cum plus sit teste Imperatore Antonino in L. 1. C. de Malef. & Ma-
thematisu. hominem veneno extinguere quam gladio.

82. Lege quoq; Cornelia de Sicarijs & Veneficijs incen-
diarij qui ignem dolo malo, & sic data opera ob inimicitias, vel
prædæ causæ excitant, tenentur; l. 1. in princip. & Lio ff. ad L. Cornel.
de Sicarijs. Quorum pœna olim erat gladij supplicium d. l. 10. ff. d.
1. L. final. ff. de incendi. ruin. naufrag. l. 11. C. de his qui accusare non possunt;
Quandoq; olim pro qualitate admisi, & personæ dignitate, &
ad bestias damnatio, & vel ignis supplicium. d. l. 9. & l. final. ff. d. 1.
& d. l. data opera l. 28. § 12. ff. d. pœni. Paulus lib. 5. sentent. 3 in fine; in quo
quidem titulo sententias nonnullas desideratas restituit. Cujac. lib. 21. ob. 21.
Et hoc ultimum hodie quoq; criminali constitutione Carolina
approbatum est artic. 135.

83. Verum in his pœnis infligendis variè Dd. distinguere
solent, Magnum incendium fuerit, an parvum, & utrum homines
eo perierint an non &c. de quibus post alios videri potest Menoch.
lib. 2. de arbitriar. Judic. quæstion cent. 2. c. 390. & Mynsin. 6. ob 88 & Gail. 2.
ob. 22. n. 6. ubi etiam agunt de incendijs negligentia culpæ, excitatis,
quæ ad hanc legem non pertinent. siquidem hujusmodi incendiarij
civili actione dupli tenentur l. 28. § 12. ff. de pœni l. qui ades & d. l. pen-
ult. ff. de incendi. ruin. & naufrag. prout hoc ita explicat interpretum pe-
ritissimus & acutissimus Jacobus Cujac. ad Paul. lib. 5. sentent. tit. 3. &
si minus idonei sunt fustibus castigantur d. l. 9. & d. l. 28. § 12. & L.
3. § 1. ff. de officio Præf. vig.

84. Sequitur jam Lex Cornelia de falsis, quæ à L. Corne-
lio Sylla similiter lata est; d. l. 2. § 32. ff. de or. & Fur. & quidem potif-
simum de testamentis quæ quis falsa scripsisset, aut vera ne appa-
reret, suppressisset aut subripuisset l. 14. C. h. r. & l. 2. ff. d. r. unde etiam
tam testamentaria vocatur L. 1. l. 30. ff. d. pub. Judic. § 7. Inst. eodem.

85. Postea verò ad alios quoq; falsarios constitutionibus
extensa est l. 9. § 3. & l. 16. § 1. & 2 ff. ad L. Cornel. de fals. similiter atq;
Sctum Libonianum, quod quidem primum adversus illos fuit
rogatum, qui sibi ipsis in testamento alieno aliquid adscribunt
prout apparet ex tot. tit. ff. de his quæ pro non scriptis habent. l. 6. ff. d. r. po-
stea verò quoq; id ad alia falsorum genera fuit porrectum L. 18.
§ 1. L. 22. ff. h. r. Et Duarn. ad d. L. Cornel. de fals. c. 1. & claris. ac consultis. Dn.
Lindeman. d. disp. th. 44.

86. Est

85. Est itaq; falsum proptè & strictè, quod in aliquod L. Corneliz de falsis caput incidit; l. quid sit falsū 23 ubiq; eleganter Barcaw ff. d. t. vid. & Wesenb. in r. ff. ad L. Cornel. de falsis n. 2. Aliæ n. fraudes veritatis occultandæ causa adhibitæ, ad stellionatus crimen pertinent l. 3. § 1. & seqq. ff. stellionatus varijsq; modis committitur, qui ad hæc quasi summa capita reduci possunt nimirum vel ad ipsum hominem, vel ad res ipsas, prout reducit Vulr. lib. 1. l. R. cap. 49. eumq; sequutus Treut. d. disp. th. 8.

87. In homine est falsi partus suppositio l. 19. § 1. l. 30. § 1. ff. ad L. Cornel. de falsis. l. cum suppositi. C. eod. Damhoud. d. tractatu c. 12. n. 22. Falsi testimonij dictio l. 1. l. 9. § 3. l. 20. l. 27. ff. d. t. Damhoud. d. tract. c. 171. n. 2. Et fraudulosa nominis vel cognominis mutatio L. unica C. de mutatione nominū l. 13. ff. ad L. Cornel. de falsis. Paul. 5. senten. 25. ubi Cujac. vide Menoch. lib. 2. Arbitrar. Judic. questio. cen. 4. cas. 318. n. 19. falsorumq; titulorum & honorum assumptio l. 27. § final. ff. ad L. Cornel. de falsis eleganter Damhoud. d. tract. c. 123. n. 10. & Menoch. d. l. n. 21. ubi pluribus etiam agit de pœna illorum, qui nomen Clerici vel Doctoris falsò assumunt & usurpant.

88. In rebus verò crimen falsi est & consistit ferè vel in monetæ corruptione & falsâ ejusdem percussione; si quis videlicet nummos aureos vel argenteos adulteret, radat, tingat, circūcidat; vel quoquo modo planè novam monetam falsam cudat, l. 9. l. 19. ff. d. t. l. 1. 2. 3. C. fals. monet. vel etiam ab alijs adulteratam sciens dolo malo expendat P. N. D. art. 111. late Menoch. d. l. 2. sen. 4. c. 316. n. 51. & seqq.

89. Vel in mensuræ falsitate; ut si quis malitiosè & fraudulenter utatur falsis seu adulterinis mensuris, ulnis ponderibus stateris, & similibus rebus l. penult. § 1. ff. d. t. l. 6. § final. ff. de extraord. crim. l. 37. ff. de pen. Damhoud. d. tractat. 123. per tot. aut adulterinas merces pro bonis vendat P. N. D. artic. 113.

90. Vel in falsâ scripti publici seu privati compositione, imitatione &c. (de falso n. circa testamenta commissio, cujus causa præcipuè d. l. Cornelia ab initio lae est, supra diximus rhesi 84.) Variè siquidem in his falsum committi solet, utpote vel instrumenta falsa ut dictum, componendo, dictando, in mundum redigendo, vel instrumenta, rationes, chirographa, scienter dolo malo in alterius fraudem corrumpendo, doloseq; aliorum chiro-

gra-

Logographa imitando; falsa figilla apponendo, aut alio modo faci-
endo, quo minus veritas appareat § 7. *Instit. d. t. l. 1. § 4. l. 16. § 1. & 2.*
l. 23. & 28. & passim t. 1. ff. ad L. Cornel. d. falsis & l. 21. 23. ubi Bald. C.
eodem Damhoud. d. tractat. c. 124. & Clar. d. tractat. n. 16. & seqq.

91. Vel deniq; in falsarum constitutionum, legumq; vel
allegatione; vel interpretatione, vel suppressione, *l. 29. ff. d. t. Nov.*
115. in princip. Paul. §. sentent. 25. ubi Cujac. latè, Damhoud. d. tract. c. 121.
Vult. lib. 1. l. R. 49.

92. Pœna hujus criminis in liberis hominibus est depor-
tatio, & omnium bonorum publicatio; in servis verò ultimum
supplicium § 7. *Instit. h. t. l. 1. § final. ff. h. t. Vvesenb. x. n. 12. Paul. §.*
sentent. 25. ubi Cujac. Duar. ad L. Cornel. d. fals. c. 3. Sed hoc non est
perpetuum, siquidem interdum augetur vel minuitur pœna, pro
qualitate admissi & conditione personæ.

93. Hinc falsi monetarij flammæ exustionibus manci-
pantur *l. 2. C. de fals. monet. quam pœnam expressè quoq; approbat,*
constit. criminalis Caroli V. art. 111. Testes falsum testimonium
in capitali causâ dolo malo perhibentes talionem merentur; hoc
est eadem pœna afficiuntur, qua reus fuisset affectus, si crimen
verè fuisset probatum *Deutron. 19. v. 16. & seqq. P. D. D. artic. 68.*
Sic & falsû partû supponentes ultimo supplicio afficiuntur *l. 1.*
C. ad L. Cornel. de fals. Afflictus decu 21. n. 8. Cessante itaq; magnitu-
dine admissi, vulgaris illa pœna falsi deportatio videlicet, & ut
dictum modo, locum habet, *Sorch. d. l. n. 4.*

94. Succedit jam aliud crimen asperrimum parricidium
videlicet: cui licet Atheniensium legislator Solon nullam pœ-
nam constituerit, quod non speraverit tantæ immanitatis que em-
piam fore, qui tam horrendum ac scœdum facinus perpetraturus
esset, *prout refert Cic. in insigni illa oratione pro Roscio Amerino;* postea
tamen, ubi in parentibus id scelus quoq; horrendo exemplo de-
signari cœpit; Legislatores coacti sunt novis hujusmodi cre-
scentibus morbis, nova quoq; salutaria remedia adhibere.

95. Fuit itaq; de hoc longè gravissimo crimine primum
lata Lex Cornelia *l. 20. § 1. deinde 32 ff. de O. F.* quam postea insecuta
est Lex Pompeja; quæ pro parricidio etiam habet eadem co-
gnatorum ex transverso, & ad finium, & patronorum, & conju-
gum, *L. 1. l. 9. ff. de L. Pompej. de Parricidys § 6. Instit. de pub. Judic.*

Proprie

Propriè enim parricidium committitur tantum inter parentes & liberos ut eleganter docet Cujac. in π . C. de his qui parentes vel liberos occiderunt. Duar. ad d. tit. ff. d. L. Pompej. de Parricid.

96. Hujus gravissimi delicti pœna ante L. Corneliam & Pompejam (ex his enim olim eadem fuit, quæ L. Cornelix de Sicarijs l. 1. ff. de L. Pompej. de parricid.) more majorum hæc instituta fuit, ut parricida (nec non is cujus dolo malo id factum est, vel conscius criminis existit, licet extraneus sit d. § 6. Inst. de publ. Judic. l. 6. ff. d. L. pompej. de parricid. Damhoud. in d. tract. c. 87. n. 6.) virgis sanguineis verberatus, culeo insueretur, cum cane, & gallo gallinaceo, & vipera, & Simia, & inter eas ferales angustias comprehensus vel in vicinum mare, vel in amnem projiceretur, ut omnium elementorum usu vivus carere inciperet, & ei cœlum superstiti, & terra mortuo auferretur. d. § 6. Inst. & l. 9. ff. d. r. ejus pœnæ rationem eleganter reddit Cic. in d. oration. pro Roscio Amerino.

97. Verum hæc more majorum introducta pœna in usu esse desijt, & cæperut parricidæ aut bestijs objici, vel vivi comburi, ut docet Paul. lib. 5. sentent. 1. 24; ibiq; Cujac. Postea à Constantino rursus reducta est L. Vnic. C. de his qui parentes vel liberos occiderunt, eamq; D. Imperator Justinianus in d. § 6. Inst. d. pub. Judic. approbavit, non tamen in omnibus parricidis, sed in his duntaxat, qui parentum & liberorum locum inter se habent, cæteris imposita pœna L. Cornelix de Sicarijs. d. § 6. Inst. de pub. Judic. Vult. eleganter ad d. § n. 4. Sed hæc pœna culei (quæ ab Imp. Just. in d. § nova quidem vocatur, cum ante D. Constantinum in usu non fuerit, alias enim vetustissima est, ut dictum sup. th. 96. Borch. ad d. § n. 2.) postea rursus in desuetudinem abiit: Hodie siquidem ex constitutione criminali Carol. 5. art. 137. interfectores parentum, liberorum, conjugum & fratrum, ignitis forcipibus lacerati horrendo rotæ supplicio afficiuntur: cæteris verò mitior pœna imponi solet, Damhoud. in d. tractat. c. 87. n. 3. & Vvesenb. in π . ad d. l. n. 3.

98. Superest deniq; ex L. Fabiâ crimen Plagij, quod committitur cum quis hominem ingenuum vel libertinum invitum celat, vindictumq; habet, dolove malo sciens emit, aut in earum rerum aliqua socius est, quiq; servo alieno servavè persuasit, ut à domino dominave aufugeret, vel eum eamve invito vel insciente

D

domino

domino dominave celavit, vinctum habuit, dolo malo sciens e-
mit, quive in ea re socius fuit; prout eleganter docet Jctus Cal-
listratus in *L. penult. ff. d. L. Fabia d. plagiarijs.*

99. Hinc plagiarij sunt, qui furantur homines liberos, vel
servos, eosq; vendunt, aut ijs persuadent, ut à parentibus aut do-
minis suis aufugiant: Unde apparet differentia furti & plagij;
neq; enim hominum planè liberorum, id est, eorum qui sui juris
sunt, fit furtum: sed eorum qui sunt in potestate furtum fieri po-
test, propterea, quod qui in potestate nostra sunt, in patrimonio
nostro quodammodo esse intelliguntur *L. 1. § 2. ff. de R.V.* Ut sic pro-
inde illorum sicut & aliarum rerum furtum fieri possit *§ inter-
dum Inst. de Obligat. ex delict. l. 14. § 13 l. 38. ff. d. furtis.* Nec ser-
vi quoq; alieni suppressio furtum est, si non fiat servi lucri facien-
di causâ, quæ fraus ne quæsito titulo emptionis quasi velamen-
to quodam obtegatur, etiam fugitivorum servorum venditio,
quamvis à domino facta, ex S. C. ad *L. Fabiæ* pœnam redigitur
L. 2. § 3. ff. d. L. Fab. de plagiar. Cujac. in π. ff. addit.

100. Pœna hujus criminis ex jure Divino & Canonico
est ultimum supplicium *Exod. 21. v. 16. Deutron. 24. v. 7. c. 1. extra
de furtis.* Ex ipsa verò *L. Fabia* de plagiarijs est pecuniaria *l. final.
ff. d. t. & l. 12. ff. de Manumis.* Sed illâ ut leviori sublatâ postea ca-
pitalis, pro modo dilecti esse cepit, & plerumq; fuit exilium, si-
ve in metallum damnatio *d. L. final. ff. d. t.* Ex constitutione verò
D. Constantini quæ extat in *L. final. C. ad L. Fabiam de plagiarijs.*
plagiarij qui super hoc crimine claruerunt, bestijs subjiciuntur,
si sunt servi vel libertate donati, aut gladio consumuntur, si inge-
nui vid. *Menoch. lib. 2. de arbit. indic. lib. 2. cen. 6. cas. 536.* Et hæc
quoq; pro instituti nostri ratione de publicorum judi-
cium speciebus dixisse sufficiant.

COROLLARIA.

I.

*Num lamia scopis vel baculis insidentes per aërem
volitare possint? N.*


2. An

II.

An assertioni medicorum utrum quis ex vulnere decesserit, necne, sit standum? A.

III.

Intercessio mulieris, petentis facinorosum & ad mortem jam condemnatum sibi in maritum dari, an eum à morte liberet? N.




Ad

DN. RESPONDENTEM.

Servanti legem veluti non condita lex est
 Sic contra meritò premia dantur ei:
 Premia digna satis veniunt hæc juris alumno,
 Cui leges curæ cum pietate fient.
 Hinc volunt peccare boni virtutis amore,
 Ipsos qui semper pellit ad omne bonum,
 Contra qui studio faciunt peccata nefanda,
 Hi metuunt pœnas, quas pia Jura docent.
 Judicia hinc doctè traduntur publica libris
 Sacrarum legum, quas Deus ipse probat.
 Rectè igitur Benedicte facis, dum Præside claro,
 Proponis doctè talia jura modò.

M. ANTONIUS NETTELEN:
 BLADT,

Humà-




*Humanissimo ac Praestantissimo
Dn. Respondenti.*

PROFIT JUDICIUM: quid! ipsa profint
Haud indigna tuis, Amice, curis
DELICTA. Euge bene! & bono periclo
Isthôc Ingenij labore felix
Humanum genus inclutas Deorum
Irrupisse potest domos. Labore
felix ô BENEDICTE, corculorum
flos noster, Rosæ decus Minervæ,
In cursu es FAVEO. Favebo & olim
In meta. En ederæ, brabéja sacrae
frontis, doctifonum, favente Phœbo,
Expectant caput, ipsa cum THEMIS te
Miscebit superis labore clarum.

ἐγκώμιον fac.

M. JACOBUS BREIGERUS
SS. Theol. Studiosus.






*Humanissimo ac Praestantissimo
Dn. Respondenti.*

PROFIT JUDICIUM: quid! ipsa profusa
Haud indigna tuis, Amice, curis
DELICTA. Euge bene! & bono periculo
Isthoc Ingenij labore felix
Humanum genus inclutas Deorum
Irrupisse potest domos. Labore
felix Ô BENEDICTE, corculorum
flos noster, Rosæ decus Minervæ,
In cursu es FAVEO. Favebo & olim
In meta. En ederæ, brabéja sacrae
frontis, doctifonum, favente Phoëbo,
Expectant caput, ipsa cum THEMIS te
Miscabit superis labore clarum.

ἐυχόνας fac.

M. JACOBUS BREIG
SS. Theol. Studiosus.





cidium committitur tantum inter parentes & locet Cujac. in π . C. de ijs qui parentes vel liberos occidit. ff. d.L. Pompej, de Parricid.

travissimi delicti pœna ante L. Corneliam & enim olim eadem fuit, quæ L. Cornelie de Si- (Popej. de parricid.) more majorum hæc instituta nec non is cujus dolo malo id factum est, vel xistit, licet extraneus sit d. § 6. Inst. de publ. Ju- (Popej. de parricidus Damhoud. in d. tract. c. 87. n. 6.)erberatus, culeo insueretur, cum cane, & gallo era, & Simia, & inter eas ferales angustias a vicinum mare, vel in amnem projiceretur, torum usu vivus carere inciperet, & ei œ- ra mortuo auferretur. d. § 6. Inst. & l. 9. ff. d. r. m eleganter reddit Cic. in d. oration. pro Roscio

hæc more majorum introducta pœna in usu t parricidæ aut bestijs objici, vel vivi combu- s. sentent. r. 24. ibiq; Cujac. Postea à Constantino Vnic. C. de his qui parentes vel liberos occiderant, Justinianus in d. § 6. Inst. d. pub. Judic. appro- omnibus parricidis, sed in his duntaxat, qui um locum inter se habent, cæteris imposta Sicarijs. d. § 6. Inst. de pub. Judic. Vult. elegane hæc pœna culei (quæ ab Imp. Just. in d. § r, cum ante D. Constantinum in usu non uffissima est, ut dictum sup. th. 96. Borch. ad d. S n defuetudinem abiit: Hodie siquidem ex tali Carol. 5. art. 137. interfectores parentum, n & fratrum, ignitis forcipibus lacerati hor-) afficiuntur: cæteris verò mitior pœna im- n d. tractat. c. 87. n. 3. & Vvesenb in π . ad d. r. n. 3. deniq; ex L. Fabia crimen Plagij, quod com- ominem ingenuum vel libertinum invitum, et, dolo ve malo sciens emit, aut in earum re- t, quiq; servo alieno servavè persuasit, ut à ufugeret, vel cum eamve invito vel insciente

D domino